S. D. N.

D. VRBANI

PAPAE VIII.

Decretum

Contra fugitiuos Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ de Vrbe.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſt.
M. DC. XXVII.

79

Digitized by Google

Digitized by Google

S. D. N.

D. VRBANI

PAPAE VIII.

Decretum contra fugitiuos Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ de Vrbe.

SAnctiſsimus D. N. ex Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini interpretum ſententia ſtatuit, & decreuit, vt quicunque fugitiui tàm Clerici, quàm Laici Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ de Vrbe, cum ex Voto,& Iuramento in ea permanere teneantur, ſiue habitum Clericalem deferant,ſiue non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres conijci, ac Superioribus Congregationis conſignari ſecundùm eiuſdem Congregationis inſtituta puniendi; vtq́ue ipſi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Congregationem reducere, atque efficere, vt apprehendantur: ſalua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa decreto Concilij cap. 3. ſeſſ.6. Quòd ſi fugitiui huiuſ-

Digitized by Google

modi citra montes infra quatuor, vltra montes verò octo menſes à præſentis Decreti publicatione inchoandos ſua ſponte ad Congregationem redierint, tunc pœnarum omnium ipſis inflictarum, aut infligendarum remiſſionem, atque impunitatem aſſequantur; ita tamen, vt debeant à Superiore abſolutionem humiliter petere, & coram eis culpam fateri, atque emendationem polliceri. Superiores verò è contra benignè illos excipere, atque ab huiuſmodi pœnis abſoluere, ac paterna charitate complecti. Die 20. Septembris 1627.

Coſ. Card. de Torres.

Locus ✠ ſigilli.

Franciſcus Paulutius Sac. Cong. Secr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Case

Roma	14
Riccia	3
Velletri	4
Rocca de Massimi	3
Pellestrina	4
Subiaco	3
Conteglianо	2
Rieti	3
Orvieto	4
Piperno	3
	43

Digitized by Google